COSMOGR

PALLIDA MO
RS DVRA SI
NCVLA BAL
CE METIT.

Sylua Senten-
tiarum ex Ouidio: non li-
brorum sed rerum ac Titulorum or-
dine seruato: delectarum .·.

Tradere Nasonis puero qui scripta iocosi:
 Tota volet / demens mixta venena dabit.
Ferreus est cōtra penitus qui nulla docēdo:
 Doctrinis fraudat mollia corda sacris.
Quare hō offendes breuiore volumine / qcqd
 Illius e toto carmine nosse petas.
Ridiculi spernens igitur tribulos Auiani:
 Pelignos flores docta iuuentus ama.

Accipe o scholastica pubes: iucundissimos hos flores ex cāpo Ouidiano: alioqui nōnihil herbarū nocentum nutriente / innoxios & fragrantissimos quosq; sagaci manu depromptos / qui nares tuas aspernabili antehac foetore infectas / suauissimo nūc odore imbuant / Hos ex Ouidiano pelago (cui / vt est vndosum Syrtibusq; & Scyllis metuendū / te nō tuto credas) riuulos securus adire potes. Proinde hac exquisita sententiarū syluula quottidiani illius exercitij grammaticalis, quam declinationem vocant / materiam sufficiente / sordidulos illos / quos inepte iampridem miraris missos fac authorculos Neciam frugibus inuentis glandem perge defendere Vale.

OVIDIVS DE SEIPSO.

Mantua Virgilio gaudet Verona Catullo/ 3.Amo.
Pelignę dicar gloria gentis ego:
Crede mihi/ distant mores a carmine nostro: 1.Tristi.
Vita verecunda est/ musa iocosa mea:
Nec liber indiciū est animi/ sed honesta voluntas:
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Actius esset atrox: conuiua Terentius esset:
Essent pugnaces qui fera bella canunt.

PROPOSITIO ET INVOCATIO

Consilium est quodcunq; cano parete monenti/
Omnibus his: quoniā prosunt: impendite curam
Vt faueas cœptis Phœbe saluber ades. 2.Reme.

ABSTINENDVM IMPVDICIS poetis.

Eloquar inuitus/ teneros ne tange poetas:
Submoueo dotes impius ipse meas.
Callimachum fugito non est inimicus amori
Et cum Callimacho/ tu quoq; Coe noces
Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
Vel tua/ cuius opus Cinthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea/ nescio quid: carmina tale sonant:

CHRISTIANA HORTATIO.

Expedit esse deos/ & vt expedit esse putemus: 1.de Arte
Dentur in antiquos Tura/ merumq; focos.

Nec secura quies illos similisq; sopori
Detinet: innocui viuite numen adest:
Reddite depositum / pietas sua foedera seruet /
Fraus absit. vacuas cędis habete manus.

DEVS POTENTISSIMVS.

8. Metha. Immensa est: finemq; potentia coeli
Non habet: & quicqd superi voluere pactũ est.
4. Tristi. Nil adeo validum est (Adamas licet alliget illud)
Vt maneat rapido firmius igne Iouis:
Nil ita sublime est / supraq; pericula tendit /
Non sit vt inferius suppositumq; deo:

DEVS QVOMODO ET OFFENDItur & placatur.

5. Fasto. Sępe deos aliquis peccando foecit iniquos.
Et pro delictis hostia blanda fuit /
Sepe Iouem vidi / cum iam sua mittere vellet
Fulmina: thure dato sustinuisse manum /
2. Tristi. Si quoties peccant homines / sua fulmina mittat
Iupiter: exiguo tempore inermis erit /
Nunc vbi detonuit / strepituq; exterruit orbem.
Purum discussis aera reddit aquis /
Iure igitur genitorq; deum / rectoq; vocatur
Iure capax mundos nil Ioue maius habet.
3. de Pon. DEVS COR MAGIS q̃ munus respicit.
Vt desint vires: tamen est laudanda voluntas /
Hac ego contentos auguror esse deos.

Hec facit / vt veniat pauper quoq; gratus ad aras:
Et placeat ceso non minus agna boue.
Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum: 2. Trist.
Sic capitur minimo turis honore deus:
Non boue mactato celestia numina gaudent/ 19. Episto.
Sed que prestanda est / & sine teste: fide.
Vt iam nil prestes / amini sum factus amici 4. de Pon.
Debitor / & meritum / velle iuuare / voco.
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi:
Cum pro concessa verba salute damus.
Sed qui q̄ potuit dat maxima / gratus abunde est/
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec que de parua pauper dijs libat Acerra
Tura / minus grandi q̄ꝫ date lance valent:
Agnaq; tam lacteus q̄ gramine pasta phalisco:
Victima / Tarpeios inficit icta focos.

DE PRISCORVM SACRIFCIIS.

Victima quę dextra cecidit victrice vocatur: 1. Fasto.
Hostibus a domitis hostia nomen habet:
Ante deos homini quod conciliare valeret:
Far erat: & puri lucida mica solis.
Nondū pertulerat lachrymatas cortice myrthas/
Acta per ęquoreas hospita nauis aquas:
Tura nec Euphrates nec miserat India costum
Nec fuerant rubri cognita fila croci:

Ara dabat fumos herbis contenta sabinis /
Et non exiguo laurus adusta sono /
Nos quoq[ue] tēpla iuuant / quāuis antiqua p[ro]bemus /
Aurea. maiestas conuenit ipsa deo /
Laudamus veteres / sed nostris vtimur annis
Mos tamen est ęque dignus vterq[ue] coli.

DE DIEBVS FESTIS.

1. Fasto. Nec tamen ignores variorum iura dierum:
Non habet offitium Lucifer omnis idem:
Prospera lux oritur / linguis animisq[ue] fauete
Nunc dicenda bono sunt bona verba die:
Lite vacent aures: insanaq[ue] protinus absint
Iurgia / differt opus liuida turba tuum.

2. de Pon. Dij quoq[ue] vt a cunctis hilari pietate colantur:
Tristiciam poni per sua festa iubent.

DEVS PETENTIBVS FACILIS.

2. de Pon. Conspicitur nulla meliore potentia causa
Q[uam] q[uo]m quoties vanas non sinit esse preces.

1. Artis. Hectora donauit Priamo prece motus Achilles
Flectitur iratus voce rogante deus.

1. de Pon. Sępe leuant pœnas / ereptaq[ue] lumina reddunt:
Cum bene peccati pœnituisse vident:

2. Amo. Dij faciles peccasse semel concedite tuto
Et satis est / pœnam culpa secunda ferat.

SVCCVRRENDVM EST Egentibus:

Regia: crede mihi / res est: succurrere lapsis /
Conueniens homini est, hominē seruare / voluptas/ 2. de Pon.
Et melius nulla quęritur arte fauor.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis 13. Metha.
Atq; eget auxilio qui non tulit. vtq; reliquit
Sic linquendus erat. legem sibi dixerat ipse.
Vilia qui quondam miseris alimenta negauit: 5. Tristi.
Nunc mendicato pascitur ille cibo.

SALVBER DVCATVS promittitur.

Me duce: damnosas homines compescite curas: 1. Reme.
Rectaq; cum socijs / me duce / nauis eat.
Publicus assertor / vitijs suppressa leuabo
Pectora / vindictę quisq; faueto suę.
Si tamen auxilij perierunt tempora primi.
Maius opus superest / sed non / quia serior egro
Aduocor / ille mihi destituendus erit.

VERBA RESIPISCENTIS & emendati. 3. Amo.

Scilicet asserui iam me / fugiq; cathenas:
Et quę non puduit ferre / tulisse pudet.

COGNOSCE TEIPSVM.

Sic monuit Phœbus / Phœbo parete monenti: 2. Artis.
Certa dei sacro est huius in ore fides.
Est ibi diuersum fama celebrata per orbem
Littera: cognosci quę sibi quemq; iubet.
Qui sibi notus erit / solus sapienter amabit /
Atq; opus ad vires exiget omne suas.

DE CONSCIENTIA.

1. Fasto. Conscia mens vt cuiq; sua est / ita concipit intra
Pectora: pro facto spemq; metumq; suo.
4. Fasto. Conscia mens recti / famę mendacia ridet:
Sed nos in vitium credula turba sumus.

CONTRA VICIA.

1. Reme. Vtile propositum est: seuas extinguere flammas:
Nec seruum vitijs pectus habere suum.
2. De Pon. Difficile est fateor / sed tendit in ardua virtus:
Et talis meriti gratia maior erit.
3. Tristi. In causa facili cuiuis licet esse disertum:
Et minime vires frangere quassa valent.
Subruere est arces & stantia menia / virtus/
Quilibet ignaui pręcipitata pręmunt.
4. Tristi. Ardua per pręceps gloria vadit iter.

CONVRA SVPERBIAM.

3. Artis. Odimus immodicos: experto credite / fastus.
Sępe tacens odij femina vultus habet.
1. Fasto. Fastus inest pulchris / sequiturq; superbia formā:
Irrisum vultu despicit illa suo

IN ARDVIS PERICVLVM.

Non ideo debet pelago se credere / si qua
2. Tristi. Audeat exiguo ludere Cymba lacu.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
1. Tristi. Icarus / ęquoreis nomina fecit aquis.

DE HVMILI ET SECVNDA VITA:

Quam miserum est: porta vitam muroq; tueri 4. Tristi.
Vixq; sui tutum viribus esse loci
Vsibus edocto si quicq; credis amico: 3. Tristi.
Viue tibi / & longe nomina magna fuge.
Viue tibi quantumq; potes prelustria vita.
Seuum prelustri fulmen ab arce venit.
Nam quanq; soli possunt prodesse potentes
Non prosunt / potius plurimum obesse solent
Effugit hybernas demissa antenna procellas.
Lataq; plus paruis vela timoris habent.
Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit / vt tacta surgere possit humo.
Quid fuit / vt tutas agitaret Dedalus alas?
Icarus immensas nomine foecit aquas.
Nempe q; hic alte / demissius ille volabat /
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi bene qui latuit bene vixit / & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Tu quoq; formida nimium sublimia / semper
Propositiq; memor contrahe vela tui
Viue sine inuidia / mollesq; inglorius annos
Exige / amicitias & tibi iunge pares.

SIMILE SIMILI AMICVM.

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis / 2. de Pon.
Et seruat studij foedera quisq; sui.

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem
Rectorem dubię nauita puppis amat.

AD IACTABVNDVM.

16. Episto. Q̄ñ bene te iactas & fortia facta recenses
A verbis facies dissidet ipsa tuis.
13. Metha. Deniq; quid verbis opus est, spectemur agendo,
2. Fasto. Non opus est verbis, credite. rebus ait.

CONTRA superbiam ex forma quę labilis est.

9. Episto. Non honor est, sed onus species lesura ferentes
15. Episto. Lis est cum forma, magna pudicitię
Sapho. Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formę damna rependo meę.
2. de Arte. Non formosus erat, sed vir facundus Vlisses
Attamen ęquoreas torsit amore deas.
Forma bonū fragile est quantūq; accedit ad annos
Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo.
Nec semper violę, nec semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli:
Iam venient rugę quę tibi corpus arent.
3. Tristi. Ista decens facies longis viciabitur annis,
Rugaq; in antiqua fronte senilis erit.
Injjcietq; manus forme damnosa senectus:
Quę strepitum passu non faciente venit.
3. Artis. Q̄ñ cito, me miserum: laxantur corpora rugis
Et perit in nitido qui fuit ore color

Vestra sine auxilio fugiunt bona / carpite florem:
Qui nisi captus erit / turpiter ipse cadet.

EXIGVA NON CONTEMNENDA

Forsitan hęc aliqs (nā sunt qq́ꝫ) parua vocabit: 2. Reme.
Sed quę non prosunt singula / multa iuuant.
Tu tantum numero pugna / pręceptaqꝫ in vnum:
Contrahe: de multis grandis aceruus erit.
Flumina magna vides / paruis de fontibus orta / 1. Re.
Plurima: collectis multiplicantur aquis.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos: 2. Reme.
Magnaqꝫ / subducto stipite / flamma perit.
Parua necat morsu spaciosum vipera taurum:
A cane non magno sępe tenetur aper.

CONTRA INGRATOS.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas 12. Episto.
Hac fruar / hęc de te gaudia sola feram:
Gratia pro rebus merito debetur inemptis: 1. Amo.
Omnia conductor soluit / mercede soluta
Non manet officio debitor ille suo.

PECCATVM tolerabilius est quod occulitur.
Non peccat quicunqꝫ potest peccasse negarę 3. Tristi.
Solaqꝫ famosum culpa professa facit.
Ludite / sed furto celetur culpa modesto 2. Artis.
Gloria peccati nulla petenda tui est.
Quis furor est / quę noctę latent / in luce fateri: 3. Amo.
Et quę clam facias facta / referre palam

I. fasto. Vix ego Saturno quenq̃ regnante videbam
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor / qui nũc est summ⁹ / habẽdi
Vix vltra quo iam progrediatur habet.
Pluris opes nunc sunt q̃ prisci temporis annis /
Dum populus pauper / dum noua Roma fuit.
Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinũ:
Et dabat exiguum fluminis vlua torum
Iupiter angusta vix totus stabat in æde.
Inq; Iouis dextra fictile fulmen erat
Frondibus ornabãt quę nunc / capitolia / gemmis:
Pascebatq; suas ipse senator oues
Nec pudor in stipula placidam cœpisse quietem
Nec fœnum capiti supposuisse fuit.
Iura dabat populis posito modo prętor aratro
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At postq̃ fortuna loci caput extulit huius /
Et tetigit summos vertice Roma deos /
Creuerunt & opes / & opum furiosa cupido /
Et cum possideant plurima / plura petunt.
Quęrere vt absumãt: absumpta requirere certant:
Atq; ipsę vitijs sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda:
Quo plus sunt potę: plus sitiuntur aquę.

QVAESTVS FORENSIS ILLICITVS

Non bene conducti vendunt periuria testes: 1.Amo.
Non bene selecti iudicis archa patet.
Turpe/reos empta miseros defendere lingua/
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
Non habent euentus sordida prȩda bonos.

PARTIS VIVE contentus illisq; vtere

Quid folia arboribus: quid pleno sydera cœlo 2.Amo.
In freta collectas alta quid addis aquas?
Diuitis ad manes nil feret vmbra suos. 5.Tristi.
Non minor est virtus/q̃ quærere/parta tueri 2.Artis.
Casus inest illic/hic erit artis opus:
Quid mihi fortunȩ tantum: quid regna/sine vsu? 3.Amo.
Quid nisi possedi diues/auarus opes.
Sic aret medijs taciti vulgator in vndis
Pomaq; quȩ nullo tempore tangat habet.

FABVLA MIDAE AVARI.

Huic deus optanti gratum: sed inutile: fœcit 11.Metha.
Muneris arbitrium/gaudens altore recepto.
Ille: male vsurus donis: ait: effice quicquid
Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraq; munera soluit
Liber: & indoluit q͂ non meliora petisset.
Lȩtus abit gaudetq; malo Berecinthius heros
Pollicitiq; fidem: tangendo singulo: tentat

Tum vero / siue ille sua cerealia dextra
Munera contigerat / cerealia dona rigebant
Siue dapes auido conuellere dente parabat
Lamina fulua / dapes admoto dente rigebant
Attonitus nouitate mali diuesq; miserq;
Effugere optat opes / & / quę modo vouerat, odit
Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
Vrit, & inuiso meritus torquetur ab auro
Ad cœlumq; manus & splendida brachia tollens
Da veniam Lenee pater, peccauimus, inquit,
Sed miserere precor, speciosoq; eripe damno
Mite deum numen Bacchus, peccasse fatentem
Restituit, factiq; fide data munera soluit.
SOBRIA PAVPERTAS: luxuriosæ opes
R. Reme. Cur nemo est Hecalen, nulla est quę ceperit Irum:
Nempe q; alter egens, altera pauper erat
Gnosida fecisses inopem sapienter amasset
Diuitijs alitur luxuriosus amor
Non habet vnde suum paupertas pascat amorem
Non tamen hoc tanti est, pauper vt esse velis
2. Artis. Luxuriant animi rebus plerunq; secundis
Nec facile est æqua commoda mente peti.
LETI INSIDIIS CAPIVNTVR facile.
1. Artis. Mens erit apta capi tunc, cum letissima rerum
Vt seges in pingui luxuriabit humo

Tunc: cum tristis erat / defensa est Ilion armis:
Militibus grauidum leta recepit equum.

TVTIVS ADVERSA FERVNTVR.

Dulcia non ferimus / succo renouamur amaro / 3. Artis.
Sepe perit ventis obruta cymba suis.
Cum mare tranquillum est / securus nauita cessat /
Cum tumet / auxilijs assidet ille suis.
Perfer / & obdura / dolor hic tibi proderit olim / 3. Amo.
Sepe tulit fessis succus amarus opem.

VIRTVS IN ADVERSITATE clarescit.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus: 5. Tristi.
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses /
Penelope foelix / sed sine laude foret:
Hectora quis nosset? foelix si Troia fuisset 4. Tristi.
Publica virtutis / per mala facta via est.
Ars tua Typhi iacet / si non sit in equore fluctus
Si valeant homines / ars tua Phoebe iacet
Que latet inque bonis cessat non cognita rebus
Apparet virtus / arguiturque malis.

IRA FRENANDA:

Vince animos iramque tuam qui cetera vincis: 3. Epistolarum
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores / 3. Artis.
Candida pax homines / trux decet ira feras
Ora tument ira: nigrescunt sanguine venae:
Lumina Gorgoneo seuius igne micant.

Heu quam difficile est / crimen non prodere vultu:

2. Metha. QVID MAGNANIMVM victorem deceat

3. Tristi. Quo quisque est maior / magis est placabilis irę:

Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora / magnanimo satis est prostrasse leoni /

Pugna suum finem / cum iacet hostis / habet.

At lupus & turpes instant morientibus vrsi:

Et quęcunque minor nobilitate fera.

NVLLI NOCENDVM.

15. Metha. Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas

Tollite / Nec volucres viscata fallite virga.

1. Artis. Quid fodis immeritis phineu sua lumina natis?

Pœna reuersura est in caput ista tuum.

IVSTVM EST quem suo malo inuento perire.

1. Artis Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua

Imbribus / atque annos sicca fuisse decem.

Quum Thrasius Busyrim adijt monstratque piari:

Hospitis effuso sanguine posse Iouem.

Illi Busyris fies Iouis hostia primus

Inquit: & Aegypto tu dabis hospes aquam:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli

Torruit / Infœlix imbuit auctor opus.

Iustus vterque / fuit / Nec enim lex ęquior vlla est.

Quam necis artifices arte perire sua

CONTRA FRAVDVLENTOS:

3. Artis. Iudice me fraus est / concessa repellere fraudem

Armaque in armatos sumere iura sinunt

Fallite fallentes:/ ex magna parte prophanum 1. Artis.
Sunt genus / in laqueos quos posuere cadant:
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Tuta frequensque via est / per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit via / crimen habet:
Quos credis fidos / effuge / tutus eris.

DE CLAMDESTINO.

Si latet ars prodest / affert deprehensa pudorem 1. Artis.
Atque adimi merito tempus in omne fidem
Vtilitas lateat, quod non profitebere, fiet. 1. Reme.
Que nimis apparent retia vitat auis.

TVRPE EST garrulum esse.

Eximia est virtus, prestare silentia rebus. 2. Artis.
At contra grauis est culpa, tacenda loquendi.
Quærit aquas in aquis & poma fugatia captat 2. Amo.
Tantalus, hoc illi gaurrula lingua dedit:
Quis minor est autem, q̃ tacuisse, labor.

VITANDA IVVENIBVS.

Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent 1. Amo.
Illa pudore vacat, liber amorque metu.
Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax 4. de Ponto.
Per quę clam tacitum tempus abire solet.

NOX FALLIT.

Luce deas cœloque Paris spectauit aperto 1. Artis.
Cum dixit Veneri vincis vtranque Venus
Nocte latent mende, vicioque ignoscitur omni:
Horaque formosam quamlibet illa facit

Hinc tu fallaci nimium ne crede lucernę
Iudicio formę noxq; merumq; nocent.

AMOR MELLE ET FELLE fecundissimus.

2. Artis. Q uod iuuat exiguum est: plus est q̃d ledit amãtes
Proponant animo multa ferenda suo
Q uot lepores in Atho / q̃t apes pascunt̃ in Hybla
Cęrula quot baccas Palladis arbor habet
Littore quot conchę / tot sunt in amore dolores
Q ue patimur multo spicula felle madent
Militię species amor est / discedite segnes
Non sunt hec timidis signa tuenda viris
1. Amo. Militat omnis amans / & habent sua castra Cupido
Q uis nisi vel miles vel amans & frigora noctis
Et denso mixtas perferet imbre niues?
2. Artis. Nox & hyems longęq; viæ sæuiq; dolores
Mollibus castris / & labor omnis inest
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum;
Frigidus & nuda sæpe iacebis humo.
1. Artis Attenuant iuuenum vigilatę corpora noctes:
Curaq; & immenso qui fit amore / dolor.
2. Artis. Paruit imperio dominœ Tirynthius heros:
I nunc & dubita ferre quod ipse tulit.
Ille fatigatę perdendo monstra nouercę:
Q ui meruit cœlum quod prior ipse tulit.

Ionicas inter calathum tenuisse puellas
Creditur / & lanas excoluisse rudes.
Fama pelasgiadas subito peruenit ad vrbes: 9.Epist.
Quem nunq̄ Iuno / seriesq̧ immensa laborum
Fregerit / huic Iolen imposuisse iugum.
Quid facis Eacide? non sunt tua munera lanæ / 1.Artis.
Ah titulos alia Palladis arte petes.
Quid tibi cū Calathis? clypeo manus apta ferēdo:
Pensa quid in dextra qua cadet: Hector habes.
Reijce succinctos operoso stamine fusos:
Quassanda est ista Pelias hasta manu.

OCIA AMOREM PARIVNT: fouentq̧.

Ocia si tollas periere cupidinis arcus / .e Reme.
Contemptęq̧ iacent / & sine luce faces.
Queritur Aegistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est: desidiosus erat.
Quām platanus riuo gaudet / q̄ populus vnda /
Et q̄ liuosa canna palustris humo.
Tam Venus ocia amat: finem qui quæris amori /
(Cedit amor rebus) res age / tutus eris.
Langor & immodici sub nullo iudice somni,
Aleaq̧, & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires:
Affuit incautis desidiosus amor.

Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes,
Da vacue menti: qua teneatur, opus.
Rura quoque oblectant animos studiumque colendi:
Quelibet huic cure cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Obrue versata cerealia semina terra,
Que tibi cum multo fœnore reddat ager,
Aspice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt sua, quod peperit: vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos.
Aspice tondentes, fertile gramen, oues.
Ecce petunt rupes preruptaque saxa capelle:
Vt referant hedis vbera plena suis.
Pastor inequali modulatur arundine carmen:
Nec desunt comites, sedula turba, canes.
Parte sonant alia sylue mugitibus alte:
Et queritur vitulum mater abesse suum:
Quid cum suppositos fugiunt examina fumos:
Vt releuent dempti vimina curua faui.
Poma dat autumnus, formosa est messibus estas.
Ver prebet flores, igne leuatur hyems.
Temporibus certis maturam rusticus vuam:
Colligit, & nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis desectas alligat herbas,

Ante focum si frigus erit Si messis in vmbra

Et tonsam raro pectine versat humum:
Ipse potes riguis plantam defigere in hortis:
Ipse potes riuos ducere lenis aquæ.
Venerit insitio / fac ramum ramus adoptet
Stetq́ peregrinis arbor operta comis.
Cum semel hec animum cœpit mulcere voluptas:
Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu venandi studium cole / sępe recessit
Turpiter a Phœbi victa sorore Venus.
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:
Nunc in frondosis retia tende iugis.
Aut pauidos terre varia formidie ceruos/
Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Nocte fatigatum somnus non cura puellæ
Excipit, & dulci membra quiete leuat:
Lenius est studium, prodest tamen alite capta
Aut lino aut calamis pręmia parua sequi.
Vel quę piscis edax auido male deuoret ore:
Abdere supremis ęra recurua cibis.
Aut his, aut aliis, donec dediscis amare,
Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Dura aliquis pręcepta vocet mea, dura fatemur
Esse, sed vt valeas multa dolenda feras.
Sępe bibi succos, quamuis inuitus: amaros
Aeger, & oranti mensa negata mihi est:

Vt corpus redimas/ferrum patieris & ignes/
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo quicq̄ tolerare negabis:
At precium pars hec corpore maius habet:
Vt valeant alij/ ferrum patiuntur & ignes:
19. Episto. Fert alijs tristem succus amarus opes.

CONTRA OCIVM ET SOMNVM

Ceruis vt ignauum corrumpant ocia corpus/
1. de Pon. Et vicium capiant, ni moueantur aquę.
Vidi ego iactatas motu recalescere flammas:
1. Amo. Et vidi nullo concuciente mori.
Adde qꝫ ingenium longa rubigine lesum
5. Tristi. Torpet/ & est multo q̄ fuit ante minus.
Fertilis assiduo si non renouetur aratro/
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
1. de Pon. At: puto: fructus adest iustissima causa laborum:
Et sata cum multo fœnore reddit ager.
5. Tristi. Tempore qui longo steterit/male currit/ & inter
Carceribus missos vltimos ibit equus.
Vertitur in teneram cariem/rimisqꝫ dehiscit:
Si qua diu solitis Cymba vacabit aquis.
2. Amo. Stulte quid est somnus/gelide nisi mortis imago:
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Infœlix tota quicunqꝫ quiescere nocte/
Sustinet/ & somnos præmia magna vocat.

AMANTVM CECA IVDICIA.

Omnibus Andromache visa est spaciosior æquo: 2. Artis.
Vnus qui modicam diceret Hector erat.
Centum fronte oculos: centum ceruice gerebat 3. Amo.
Argus, & hos vnus sæpe fefellit amor.

OBITER DE ARGO.

Centum luminibus cinctũ caput Argus habebat, 1. Metha.
Inde suis vicibus capiebant bina quietem.
Cætera seruabant atq; in statione manebant.

NON EST IN MVLIERE FIDES.

Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis, 18. Episto.
Fortius ingenium suspicor esse viri.
Verba puellarum foliis leuiora caducis: 2. Amo.
Irritaq; vt visum est ventus & aura ferunt.
Neue puellarum lachrimis moueare caueto: 2. Reme.
Vt flerent oculos erudiere suos.

CONTRA FEMINAS:

Fœmina siluestres lapithas, populũq; biformem, 2. Amo.
Turpiter apposito vertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere,
Impulit, in regno iuste latine tuo.
Fœmina Romanis etiam nunc vrbe recenti
Immisit soceros, armaq; sęua dedit.
Nõ mihi sacrilegas meretricum vt ꝑsequar artes: 1. Artis.
Cum totidem linguis sint satis ora decem.

MVLIER AB ALIO q̃ seipsa custodiri neq̃t

3. Amo. Dure vir imposito tenerę custode puellæ
Nil agis: ingenio quęcq; tuenda suo est
Si qua: metu dempto: casta est: ea denicq; casta est:
Vt iam seruaris bene corpus: adultera mens est:
Nec custodiri / ni velit / vlla potest.
Nec mentem seruare vales: licet omnia claudas:
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Penelope mansit (quamuis custode careret)
Inter tam multos intemerata procos.

NEGATA PLVS APPETIMVS.

3. Amo. Desine / crede mihi / vitia irritare vetando /
Obsequio vinces aptius ipse tuo.
Cui peccare licet: peccat minus / ipsa potestas
Semina nequitię languidiora facit.
Nitimur in vetitum semper: cupimusq; negata:
Sic interdictis imminet ęger aquis.
Quicquid seruatur / cupimus magis / ipsaq; furem
Pręda vocat / pauci / quod sinit alter / amant.
Quod licet ingratum est / q̊d non licet acrius vrit.

2. Amo. AD STVLTE CREDENTEM.

1. Artis. Accipitri timidas credis furiose columbas:
Plenum montano credis ouile lupo.
3. Artis. Ad multas lupa tendit oues / pręde tur vt vnam
Et Iouis ad multas deuolat ales aues.

CONTRA CREDVLITATEM.

Ne cito credideris / quantum cito credere ledat: 3. Artis.
Exemplum nobis non leue Procris erit.
At tu nec voces (quid eñ fallacius illis) 2. Reme.
Crede / nec ęternos pondus habere deos.
Dum sibi quisq; placet / credula turba sumus.
Crede quod est / & vis / & desine tuta vereri: 4. Tristi.
Deq; fide certa / sit tibi certa fides.

CONTAGIA VITANDA.

Facito contagia vites / 2. Reme.
Hęc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant lęsos oculi lęduntur & ipi:
Multaq; corporibus transitione nocent.
In loca nonnunq; siccis arentia glebis /
De prope currenti flumine manat aqua.
Proximus a tectis ignis defenditur egre:
Vtile finitimis abstinuisse locis.
Haud facile esuriens posita rętinebere mensa:
Alter item iam sanus erat / vicinia lesit.
Vulnus in antiquum rediit male sana cicatrix.

FLAMMA LATENS facile reuiuiscit.

Vt leuis absumptis paulatim viribus ignis: 1. Artis.
Ipsæ latet / summo candet in igne cinis.
Quoq; magis tegitur / tāto magis estuat ignis.
Sed tamen extinctas / admoto sulphure / flammas
Inuenit / & lumen quod fuit ante redit.

2.Reme. Sic / nisi vitaris quicquid renouabit amorem/

Flamma redardescet / que modo nulla fuit;

Vt pene extinctum cinerem / si sulphure tangas

Viuet / & ex minimo maximus ignis erit.

VINVM VENERIS INCITABVLVM.

2.Reme. Vina parant animos Veneri / nisi plurima sumas/

Et stupeant multo corda sepulta mero.

Nutritur vento, vento restringitur ignis/

Lenis alit flammas / grandior aura necat.

MENSVRA BIBENDI.

1.Artis Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi,

Officium prestent mensq; pedesq; suum.

Iurgia precipue vino stimulata caueto:

Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Euritiou stulte data vina bibendo:

Aptior est dulci mensa merumq; ioco.

DE EBRIETATE FICTA.

1.Artis. Ebrietas vt vera nocet/ sic ficta iuuabit/

Fac titubet bleso subdola lingua sono /

Vt quicquid dicas faciasue proteruius æquo,

Credatur nimium causa fuisse merum.

LAVS VINI.

1.Artis. Vina parant animos / faciuntq; coloribus aptos/

Cura fugit multo diluiturq; mero.

Tunc veniunt risus / tunc pauper cornua sumit /

Tunc dolor & curę / rugaq; frontis abit:

Tunc aperit mentes ęuo rarissima nostro
Simplicitas / artes excutiente deo.
Ebrius incinctis phylira conuiua capillis 5. Tristi.
Saltat : & imprudens vertitur arte moeri :
Occurrit nuper / visa est mihi digna relatu 3. Fasto.
Pompa : senem potum pota trahebat anus.

MALA LVDI.

Sed minimus labor est / sapienter iactibus vti : 3. Artis.
Maius opus / mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti / studioque aperimur in ipso /
Nudaque per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum / lucrique cupido :
Iurgiaque & rixę sollicitusque dolor :
Crimina dicuntur resonat clamoribus ęther /
Inuocat iratos & sibi quisque deos.
Nulla fides tabulis quę non per vota petuntur :
Et lachrymis vidi sępe madere genas.

DE INVIDIA.

Summa petit liuor, perflant altissima venti, 1. Reme.
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.
Liuor iners vitium : mores non exit in altos : 3. de Ponto.
Vtque latens ima vipera serpit humo.
Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit, 1. Amo.
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.
Scripta placent a morte fere, quia lędere viuos 3. de Ponto.
Liuor & iniusto carpere dente solet.

INVIDIE DESCRIPTIO.

2. Metha. Pallor in ore sedet / macies in corpore toto /
Nusq̃ recta acies / liuent rubigine dentes:
Pectora velle virent / lingua est suffusa veneno /
Risus abest nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus exita curis:
Sed videt ingratos / intabescitq; videndo
Successus hominum: carpitq; & carpitur vna:
Suppliciumq; suum est.

1. Artis. Fertilior seges est alienis semper in agris.
Vicinumq; pecus grandius vber habes.

AD INVIDOS.

2. Reme. Rumpere liuor edax / magnũ iam nomẽ habemus:
Maius erit tantum quo pede cœpit eat.
Sed nimium properas / viuã modo / plura dolebis
Et capiant anni carmina multa mei.
Nam iuuat & studium famę mihi crescit honore /
Principio cliui noster anhelat equus.
Nuper eñ nostros quidam carpsere libellos /
Quorum censura / musa proterua mea est.
Dummodo sic placeam / dum toto canter in orbe /
Qui volet impugnet vnus & alter opus.
Ingenium magni liuor detrectat Homeri
Quisquis es / ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilege laniarunt carmina linguæ:
Pertulit huc victos quo duce Troia deos.

PELLICES VXORIBVS INVISAE.

Sed neq; fuluus aper media tam sęuus in ira est: 2. Artis.
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes.
Nec lea / cum catulis lactentibus vbera prebet:
Nec breuis ignoro vipera lesa pede.
Femina q̄ socij deprehensa pellice lecti
Ardet / & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammasq; ruit / positoq; decore:
Fertur vt Aonij cornibus icta dei.
Coniugis ad missum violataq; iura mariti
Barbara per natos phasias vlta suos.
Altera dira parens hęc est quam cernis hirundo:
Aspice signatum sanguine pectus habet.

MALA BONIS PROPINQVA

Terra salutiferas herbas eademq; nocentes. 1. Reme.
Nutrit / & vrticę proxima sępe rosa est.
Et mala sunt vicina bonis / errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sępe tulit.
Tædia quere mali: faciunt & tedia finem 2. Reme.
Et fastidita non libet esse domo.

DE BONA INDOLE.

Ingenium cœleste suis velocius annis 1. Artis.
Surgit / & ignauę fert mala damna morę /
Paruus erat / manibusq; suis Tirynthius angues
Pressit: & in cunis iam Ioue dignus erat.
Nunc quoq; qui puer es tantus tum Bache fuisti

Quum timuit thyrsos India victa tuos.

LAVS ET HONOR virtutis stimuli:

3. de Ponto. Excitat auditor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
5. Tristi. Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et fecunda facit pectora laudis amor.
3. Artis. Laudatas ostendit auis Iunonia pennas:
Si tacitus spectes, illa recondit opes.
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus:
Depexeque iube, plausaque colla iuuant.

DE MONITIONE.

1. Reme. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atque odio verba monentis habet.
6. Fasto. Sic agitur censura, & sic exempla parantur.
Dum iudex alios quod monet ipse facit.
5. Tristi. Qui monet vt facias quod iam facis: ille monendo
Laudat: & hortatu comprobat acta suo.
Nec te credideris, quia non facis ista, moneri
Vela damus, quamuis remige puppis eat.
2. de Ponto. Acer & ad palme per se cursurus honores,
Si tamen horteris: fortius ibit equus.

DE PACIENCIA.

1. Reme. Posse pati facile est, tibi ni patientia desit.
Est aliquid magnis crimen abesse malis.
1. Fasto.
3. Episto. Leniter ex merito quicquid paciare ferendum est,
Que venit indigne poena dolenda venit.

Equo animo pœnam qui meruere ferunt 2. Amo.
Et mala Nasonem / quoniam meruisse videtur 1. de Pon.
Si non ferre doles / at meruisse dole.

DE VI CONSVETVDINIS.

Q d male fers / assuesce / feres bene / mult⁹ vetustas 2. Artis.
Lenit: & incipiens omnia sentit opus.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum: 3. de Pon.
Subtrahit & duro colla nouella iugo.
Dum nouus in viridi coalescit cortice ramus: 2. Artis.
Concutiat tenerum quęlibet aura cadet.
Mox etiam ventis spacio durata resistit
Firmaqꝫ adoptiuas arbor habebit opes.
Eximit ipsa dies omnis de corpore mendas:
Q uodqꝫ fuit vicium desinit esse mora.
Nos quibus assueuit fatum crudeliter vti: 3. de Ponto.
Ad mala iampridem non sumus vlla rudes

HORTATIO AD IVVENTVTEM

Vt redit / itqꝫ frequens longum formica per agmē 1. Artis.
Granifero solitum dum vehit ore cibum /
Aut vt apes saltusqꝫ suos & olentia nacte
Pascua: per flores & thyma summa volant.
Dum vires anniqꝫ sinunt / tolerate labores: 2. de Arte.
Iam properat tacito curua senecta pede.
Venturę memores iam nunc estote senectę: 3. Artis.
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Vtendum est ętate: cito pede labitur ętas,
Nec bona tam sequitur q̄ bona prima fuit:
Nec quę preterijt rursum reuocabitur vnda.
Nec quę preterijt hora redire potest.

1. Amo. 1ome Labitur occulte, fallitq; volatilis ętas:
Et celer admissis labitur annus equis.

6. Fasto. Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis
Et fugiunt freno non remorante dies.

QVID ET VBI DISCENDVM

1. Artis. Disce bonas artes moneo Romana iuuentus:
Non tantum trepidos vt tueare reos.

2. Artis. Iam molire animū qui duret & astruere formam:
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Non ego querentem ventis dare vela iubebo
Nec tibi: vt inuenias, longa terenda via est.

PRECEPTORES timendi & obseruandi.

1. Artis Phyllirides puerum cythare pręfecit Achillem:
Atq; animos molli contudit arte feros.
Qui toties socios, toties exterruit hostes:
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat poscente magistro:
Verberibus iussas prebuit ille manus.

REBELLES VAPVLABVNT

1. Amo. Verbera plura ferunt, q̄ quos iuuat vsus aratri:
Detrectant pressi dum iuga prima boues.

Asper equus duris contunditur ora lupatis
Frena minus sentit quisquis ad arma facit.
Acrius inuitos multoque ferocius vrget /
Quam qui seruitium ferre fatentur / amor.

DE FAMA.

Quid petitur sacris / nisi tanta fama / poetis, 3. Artis.
Hoc votum nostri summa laboris habet.
Sed famę vigilare iuuat / quis nosset Vlyssem?
Homeri ęternum si latuisset opus.
Rumor (vt est velox) agitatis peruolat alis: 6. Fasto.
Et memorem famam qui bene gessit habet. 2. Fasto.

LATENTIA IGNOBILIA.

Quod latet ignotum est / ignoti nulla cupido / 3. Artis.
Fructus abest / facies cum bona teste caret.
Tu licet & Thamyram superes atque Orphea cantu /
Non erit ignotę gratia magna liræ.
Si Venerem Cous nunquam pinxisset Appelles:
Mersa sub ęquoreis illa lateret aquis.
Quis Danaen nosset si semper clausa fuisset?
Inque sua turri / si latuisset anus.
Quodque parum nouit nemo docere potest. 1. Tristi.

DOMICILIVM FAME describitur.

Orbe locus medio est inter terrasque fretumque: 12. Meta.
Cœlestesque plagas / triplicis confinia mundi /
Vnde quod est vsque / quamuis regionibus absit /
Inspicitur / penetratque cauas vox omnis ad aures /
D

Fama tenet / summaq; locum sibi legit in arce,
Innumerosq; aditus ac mille foramina tectis,
Addidit, & nullis inclusit limina portis,
Nocte dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit vocesq; refert, iteratq; quod audit,
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte,
Nec tamen est clamor sed paruæ murmura vocis,
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq;
Mixtaq; cum feris passim commenta vagantur
Milia rumorum, confusaq; verba volutant,
Equibus hi vacuas implent sermonibus aures
Hi narrata ferunt alio, mensuraq; ficti
Crescit: & auditis aliquid nouus adijcit auctor.
Ipsa quid in cœlo rerum pelagoq; geratur
Et tellure videt, totumq; inquirit in orbem.

POETĘ OLIM PRINCIPIBVS grati,

Artis.

Cura ducum fuerant olim regumq; poetæ:
  Pręmiaq; antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maiestas, & erat venerabile nomen
  Vatibus: & largæ sępe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus ortus
  Contiguus poni Scipio magne tibi.
Nunc hederæ sine honore iacent: operataq; doctis
  Cura vigil musis nomen inertis habet:

POETARVM FAMA PERENNIS.

Quid: nisi liuor edax: ignauos obijcis annos: 1. Amo.
Ingenijque vocas carmen inertis opus.
Non me more patrum/dum strennua sustinet ętas
Pręmia militię puluerulenta sequi/
Nec me verbosas leges ediscere: nec me
Ingrato voces prostituisse foro.
Mortale est quod quęris opus/ mihi fama perennis
Queritur/ in toto semper vt orbe canar.
Scindentur vestes/ gemmæ frangentur/ & aurū:
Carmina/quam tribuent fama perennis erit.
Dum fallax seruus/ durus pater: improba lena
Vixerit: & meretrix blanda: Menander erit.
Ennius arte carens/ animosique Actius oris
Casurum nullo tempore nomen habent.
Si modo non census nec clarum nomen auorum/ 1. de Ponto.
Sed probitas magnos ingeniumque facit.
Nam genus & proauos/ & quę non fecimus ipsi: 13. Metha.
Vix ea nostra voco.

SOLA VIRTVS PERPETVA.

Tabida consummit ferrum lapidemque vetustas/ 4. de Ponto
Nullaque res maius tempore robur habet.
Carmine fit viuax virtus expersque sepulchri
Noticiam fere posteritatis habet.
Singula ne referam/ nil non mortale tenemus/ 3. Tristi.
Pectoris exceptis ingenijque bonis.

Iam timor ille phrygum: decus & tutela pelasgi
12. Metha. Nominis Eacides caput insuperabile bello.
Iam cinis est / & de tam magno restat Achille
Nescio quid: paruam quod nõ bene cõpleat vrnã/
At viuit totum quæ gloria compleat orbem/
Hæc illi mensura viro respondet / & hęc est
Par tibi Pelide / nec inania tartara sentit.

POETA NOM tam fit q̃ nascitur.

4. Tristi. Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo /
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cœlestia sacra placebant/
Inq; suum furtim musa trahebat opus.
Sæpe pater dixit studium quid inutili tentas:
Meonides nullas ipse reliquit opes
Motus eram dictis / totoq; Helycone relicto/
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos
Et quod tentabam scribere carmen erat.
3. Amo. At sacri vates & diuum cura vocamur
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
3. Artis. Adde q̃ insidiæ sacris a vatibus absint /
Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
6. Fasto. Est deus in nobis agitante calescimus illo
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
3. Artis. Est deus in nobis / sunt & commertia cœli /

Sedibus ętthereis spiritus ille venit.
Exit in immensum fœcunda licentia vatum 3. Amo.
Obligat historica nec sua verba fide.

DE STVDIIS HVMANITATIS.

Artibus ingenuis / quarum tibi maxima cura est 1. de Ponto.
Pectora mollescunt asperitasq; fugit.
Adde q; ingenuas didicisse fideliter artes 2. de Pon.
Emollit mores / nec sinit esse feros.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte / 3. Artis.
Et studio mores conuenienter eunt.
Arte citæ veloq; rates remoq; reguntur: 1. Artis.
Arte leuis currus / arte regendus amor.

VIS CARMINVM.

Saxa / ferasq; lyra mouit Rhodopeius Orpheus 3. Artis.
Tartareosq; lacus / ter geminumq; canem.
Saxa tuo cantu vindex iustissime matris
Fœcerunt muros officiosa nouos.
Quamuis mutus voci fauisse putatur,
Piscis Arionię fabula nota lyræ.
Monstra maris Syrenes erant, quę voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates.
His sua Sisyphides auditis pene resoluit
Corpora, nam socijs illita cęra fuit.

DE CVLTV ET VSV RERVM

Ordiar a cultu: cultis bene liber ab vuis
Prouenit, & cultu stat seges alta solo. 3. Artis.

Cura dabit faciem / facies neglecta peribit /
Idalię similis sit licet illa deę.
Era nitent vsu / vestis bona quærit haberi
Canescunt turpi tecta relicta situ
Annulus vt fiat / primo colliditur aurum:
Quas geritis vestes sordida lana fuit,

CVLTV VELATVR deformitas,

3. Artis, Aurea quę pendent ornato signa theatro:
Inspice / q̄ꝫ tenuis brachtea ligna tegat.
Quum fieret lapis asper erat / nunc nobile signum
Nuda Venus madidas exprimit imbre genas
Pes malus in niuea semper coletur aluta /
Arida nec vinclis crura resolue tuis.
Rara tamen menda facies caret / occule mendas
Quaqꝫ potes vicium corporis abde tui.

DE GESTV composito in mensa.

3. Artis, Carpe cibos digitis / est quidam gestus edendi /
Ora nec immunda tota perunge manu
Neue diu pręsume dapes / sed desine citra
Q̃m̄ cupias / paulo q̄ potes esse minus.
Priamides Helenen auide si spectet edentem;
Oderit / & dicet stulta rapina mea est.

MVNDICIEI RECEPTA.

1. Artis, Mundiciæ placeant / fuscentur corpora campo /
Sit bene conueniens & sine labe toga,

Linguaq; nec rigeat / careant rubigine dentes /
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos /
Sit coma / sit docta barba resecta manu
Et nihil emineant / & sint sine sordibus vngues /
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris /
Nec ledat nares virq; paterq; gregis.

DE EODEM.

Q. ũ sæpe admonui ne trux caper iret in alas. 3. Artis.
Quid si precipiam ne fuscet inertia dentes:
Oraq; suscepta mane lauentur aqua.
Si niger aut ingens aut non erit ordine natus
Dens tibi / ridendo mxima damna feres.

CONTRA CALAMISTRATOS.

Sin procul a nobis iuuenes vt fœmina compti / 4. Episto.
Fine coli modico forma virilis amat.
Forma viros negelecta decet / Minoida Theseus 1. Artis.
Abstulit a nulla tempora comptus acu.
Candidus in nauta turpis color / æquoris vnda
Debet & a radijs syderis esse niger.
Turpis & agricole qui vomere semper adunco /
Et grauibus rastris sub Ioue versat humum.

DIVISIO OPERIS.

Pars superest cœpti / pars est exhausta laboris / 1. Artis.
Hic teneat nostras Ancora iacta rates.

CONSILIVM loco: rei: tempori aptandum.

1. Tristi. Iudicis officium est, vt res ita tempora rerum

1. Tri. 1. amo. Quærere, consilium resque locusque dabunt.

2. Fasto. Brutus erat stulti sapiens imitator: vt esset

Tutus ab insidijs dire superbe tuis.

EXITVS RERVM SPECTANDVS.

3. Metha. Sed scilicet vltima semper

Expectanda dies homini, dicique beatus

Ante obitum nemo supremaque funera debet.

2. Episto. Exitus acta probat, careat successibus opto

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

DE INANI LABORE.

5. Episto. Quid facis Oenone quid harenę semina mandas?

Non profectures littora bobus aras.

2. Artis. Credita non semper sulci cum fœnore reddunt:

Nec semper dubias adiuuat aura rates.

CONSILIA PERICVLIS CEDVNT.

Crede mihi miseros prudentia summa reliquit,

4. de Ponto Et sensus cum re consiliumque fugit.

INSANVM est sibijpsi obesse.

Quo feror insanus, quid aperto pectore in hostē

3. Artis. Mittor: & inditio prodor ah ipse meo?

Non auis aucupibus monstrat qua parte petatur

Non docet infestos currere cerua canes.

AD PROPERANTEM.

Ne properes oro, spacium pro munere posco:

1. Reme. Quid minus optari per mea vota potest:

Et freta mota vides: & debes illa timere
Vtilior velis post modo ventus erit.
Sed nimiū ꝓperas & adhuc tua mensis in herba est: 16. Episto.
Differ: habent paruæ commoda magna moræ: 3. Fasto.
CONTRA NIMIVM FERVOREM.
Ocia corpus alunt/animus quoqꝫ pascitur illis:
Immodicus contra carpit vtrunqꝫ labor.
Da requiem/requietus ager bene credita reddit 1. Artis.
Terraqꝫ cœlestes arida sorbet aquas.
Quod caret alterna requie durabile non est: 4. Episto.
Hæc reparat vires: fessaqꝫ membra leuat.
Cernis vt in duris (& quid boue firmius) aruis 1. de Ponto.
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Fortior in fulua nouus est luctator herena,
Quā cui sunt longa brachia fessa mora.
Quæ nunq̄ vacuo solita est cessare nouali
Fructibus assiduis lassa, senescit humus.
Occidet ad Circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in equore nauis
Quæ nunq̄ liquidis sicca carebit aquis:
Me quoqꝫ debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogit & esse senem.
VIOLENTVM difficile est & non durabile:
Flumine perpetuo torrens solet altius ire: 1. Reme.
Sed tamen hęc breuis est: illa perennis aqua.

Et: meliore fide: paulatim extinguitur ignis
Q̃ m̃ subito / lente desine: tutus eris.
Optimus ille fuit vindex, ledentia pectus
Vincula qui rupit / dedoluitq; semel.
Hic opus est armis / hic o fortissime pugna /
Nunc opus est celeri subdere calcar equo:
Vincenda est tęlo Panthesilęa tuo.
Sed cui tantum animi est / illum mirabor & ipse
Et dicam / monitis non eget ille meis.

DE SOMNO.

xi. Metha. Est prope Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cauus / ignaui domus / & penetralia somni
Quo nunq̃ radijs oriens mediusue cadensue
Phoebus adire potest / nebulę caligine mixtæ /
Exhalantur humo / dubie crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Excitat auroram / nec voce silentia rumpunt /
Sollicitiue canes / canibusue sagacior anser
Non fera non pecudes non moti flamine rami /
Humanęue sonum reddunt conuicia linguæ.
Tuta quies habitat / saxo tamen exit ab imo
Riuus aquę læthes / per quē cum murmure labens
Inuitat somnos crepantibus vnda lapillis.
Ante fores antri foecunda papauera florent:
Innumeræq; herbę / quarum de lacte soporem

Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verso stridorem cardine reddat
Nulla domo tota, custos in limine nullus.
In medio thorus hebeno sublimis in antro
Plumeus vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse deus / membris langore solutis
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot messis aristas
Sylua gerit frondes, eiectat littus harenas,
Quo simul intrauit, manibusqꝫ obstantia virgo
Somnia dimouit, vestis fulgore reluxit
Sacra domus, tardaqꝫ deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumqꝫ iterumqꝫ relabens,
Summaqꝫ percutiens nutanti pectora mento?
Excussit tandem sibi se, cubitoqꝫ leuatus,
Quid veniat (cognouit enim) scitatur, at illa,
Somne quies rerum placidissime somne deorum
Pax animi quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministerijs mulces reparasqꝫ labori:
Conciliant somnos tempus, motusqꝫ merumqꝫ. 6. Fasto.

OBSEQVIMV AMICOS PARIT

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus, 2. Artis.
Franges, si vires experiare tuas.
Obsequio tranantur aquæ nec vincere possis
Flumina, si contra q̄ rapit vnda nates.

1. Reme. Dum furor in cursu est: currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo qui cum discedere possit
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Obsequium tigresq; domat tumidosq; leones
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Dextera precipue capit indulgentia mentes:
Asperitas odium sęuacq; bella mouet.
Odimus accipitrem quia semper viuit in armis:
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum quia mitis hirundo est /
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.
Este procul lites / & amarae prelia lingue /
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.

ARS CAPTANDI.

2. Artis. Nomine quemq; suo, nulla est iactura / saluta.
1. Artis. Parua leues capiunt animos / fuit vtile multis
Puluinar facili composuisse manu.
Profuit / & tenui ventos mouisse flabello
Et causa sub tenerum scamna dedisse pedem.

FEMINA LAVDEM AMAT.

1. Artis. Delectant etiam castas preconia formę.
Virginibus curae grataq; forma sua.
Nam cur in Phrygijs Iunonem & Pallada syluis
Nunc quoq; iudicium non tenuisse pudet.

PARIS DE SVO iudicio loquitur

15. Episto. Regna Iouis coniunx / virtutem filia iactat

Ipse potens dubito fortis an esse velim.
Dulce Venus risit / nec te Pari munera tangant /
Vtraqꝫ suspensi plena timoris ait.
Nos dabimus quod amas / & pulchrę filia Lede
Ibit in amplexus pulchrior illa tuos.
PVLCHRA pulchrioribus collata vilescunt.
Confer Amycleis medicatum vellus Ahenis. 1. Reme.
Nurice cum tyrio turpius illuderit.
Vtraqꝫ formose Paridi potuere videri /
Sed tibi collatam vincis vtranqꝫ Venus.

AMICICIA COLENDA.

Sit procul omne nephas / vt ameris amabilis esto. 2. Artis.
2. Reme.
Semper habe Piladen aliquem qui curet Oresten. 4. Tristi.
Qui duo corporibus / mentibus vnus erant
Protinus euincti tristem ducuntur ad aram /
Que stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamē hunc sua mors nec mors sua terruit illū:
Alter ab alterius funere mœstus erat.
Ire iubet Pilades charum periturus Oresten 3. de Ponto.
Hic negat / inqꝫ vicem: pugnat vterqꝫ mori.
Extitit hoc vnum quod non conuenerat illis /
Cætera pars concors & sine lite fuit.

AMICE AD AMICVM SCRIBIT.

O mihi chare quidem semper / sed tempore duro 3. Tristi.
Cognite: res postq̄ procubuere meę.

2. de Ponto O referant grates / quoniam non possumus ipsi /
Dij tibi / qui referent si pia facta vident
1. Tristi. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis /
Perpetuusq; animę debitor huius ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit: & in tepido deseret ossa rogo /
Q̃ũ subeant animo meritorum obliuia nostro /
Et longa pietas excidat ista die.
Dij tibi sint faciles / & opis nullius egentem.
Fortunam prestent dissimilemq; meæ.
2. de Ponto. Vt quanq̃ longe toto simus orbe remoti /
Scire tamen possis nos meminisse tui.
Nominis ante mei venient obliuia nobis /
Pectore q̃; pietas sit tua pulsa meo /
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras
Q̃ũ fiat meriti gratia vana tui.
5. Tristi. Dum lumen vitale tenebo /
Seruiet offitio spiritus iste tuo.

AD AMICVM VT SCRIBAT.

5. Tristi. Q᷑ tua me raro solatur epistola: peccas /
Remq; piam prestas / & mihi verba negas.
Hoc precor emenda / quod si correxeris vnum
Nullus in egregio corpore neuus erit
Vtq; solebamus consumere longa loquendo
Tempora / sermonem deficiente die.

Sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces/
Et peragant linguæ charta manusq; vices.
Quod (tibi ne nimium videar diffidere) sitq;
Versibus hoc paucis admonuisse satis.
Accipe / quo semper finitur epistola verbo
Atq; meis distent vt tua fata vale.

AD AMICVM ADVERSA deserentem.

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico,
Auxilium mella parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem nec passu stare tenaci 2. de Ponto.
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortune cedere, amicum
Et: nisi sit felix, esse negare suum.
Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas
Non ita vixerũt Strophio, atq; Agamẽnone nati:
Non hæc Egide pirothoiq; fides,
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ętas:
In quorum plausu tota theatra sonant.
Tu quoq; nostrarum quondam fiducia rerum 5. Tristi.
Qui mihi confugium qui mihi portus eras,
Tu quoq; suscepti curam dimittis amici,
Officijq; pium tam cito ponis opus.
Sarcina sum fateor, quam si tu tempore duro
Depositurus eras non subeunda fuit.

Turpius eijcitur q̄ non admittitur hospes.
Nunquid Achilleos inter fera prelia fidi
Deseruit leuitas Automedontis equos.

AMICICIAM vtilitas conciliat.

4. de Ponto Turpe quidem dictu / modo sed si vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Illud amicitię quondam venerabile nomen
Prostat / & in questu pro meretrice sedet.

FORTVNAS sectantur amici.

1. Tristi. Donec eris fœlix multos numerabis amicos/
Tempora si fuerint nubila / solis eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbę
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicę tendunt ad inania nunq̄:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtq; comes radios per solis euntibus vmbra est,
Cum latet hic pressus nubibus / illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunę lumina vulgus /
Quę simul inducta nubę teguntur abit.
2. de Ponto. Diligitur nemo ; nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul intonuit proxima quęq; fugat.
Dum iuuat / & vultu ridet fortuna sereno
Indelibatas cuncta sequuntur opes,
At simul intonuit fugiunt nec noscitur vlli
Agminibus comitum qui modo cinctos erat.

En ego non paucis quondam munitus amicis/
Dum flauit velis aura secunda meis.
Vt fera nymboso tumuerunt ęquora vento:
In medijs lacera naue relinquor aquis.

ADVERSITAS Amicos ostendit.

Thesea Pirithous non tam sensisset amicum: 1.Tristi.
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phoceus amoris
Fecerunt furiæ tristis Oreste tuę.
Si non Euryalus rutulos cecidisset in hostes/
Hyrtacite Nissi gloria nulla foret.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum/
Tempore sic duro est inspicienda fides.

VTILE HONESTO preponitur.

Cura quid expediat prior est q̄ quid sit honestuue 2.de Ponto.
Et cum fortuna statq; caditq; fides.
Nec facile inuenies multis in milibus vnum/
Virtutem precium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti/si premia desint
Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest charum est: en detrahe mēti
Spem fructus auidę, nemo petendus erit.

PRESTAT nunc habere q̄ scire.

Ingenium fuerat olim preciosius auro: 3.Amo.
At nunc barbaria est garndis, habere nihil.

2. Artis. Carmina laudantur / sed munera magna petuntur /
Dummodo sit diues barbarus ipse placet.
Aurea nunc vere sunt sæcula / plurimis auro
Venit honos / auro conciliatur amor /
Ipse licet venias musis comitatus Homere /
Si nihil attuleris / ibis Homere foras.
1. Fasto. In precio precium nunc est / dat census honores
Census amicitias / pauper vbiq; iacet:
3. Amo. Curia pauperibus clausa est / dat census honores
Inde grauis iudex / inde seuerus eques.
Qui dabit / ille tibi magno sit maior Homero
Crede mihi / res est ingeniosa / dare.
Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti.

MVNERA POTENTIA SVNT:

3. Artis. Munera: crede mihi: capiunt hominesq; deosq;:
Placatur donis Iupiter ipse datis.
Quid sapiens faciet? stultus quoq; munere gaudet.
Ipse quoq; accepto munere mitis erit.

SENECTVS quondam venerabilis.

5. Fasto. Magna fuit quondam capitis reuerentia cani /
Inq; suo precio ruga senilis erat.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros
Nomen & ætatis mite senatus habet /
Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere? censuram longa senecta dabat.

Viribus illa minor / nec habendis vtilis armis /
Consilio patriȩ sæpe ferebat opem.
Iura dabat populo senior : finitaqꝫ certis
Legibus est ȩtas vnde petatur honos.
Et medius iuuenum non indignantibus ipsis.
Ibat : & anterior si comes vnus erat
Martis opus iuuenes animosaqꝫ bella gerebant.
Et pro dijs aderant in statione suis.

VETERA PROBANTVR.

Qui ꝓperāt noua musta bibāt: mihi fundat auitū: 2.Artis.
Consulibus priscis condita testa merum.
Nec platanus / nisi sera / potest obsistere vento /
Et ledunt nudos prata nouella pedes.
Adde ꝙ est senibus rerum prudentia maior /
Solus / & artifices qui facit / vsus adest.

DE TVRPIBVS

Turpe pecus mutilū : turpis sine gramine campus / 3.Artis.
Et sine fronde frutex / & sine crine caput:
Turpe senex miles / turpe senilis amor.
Turpis equus / nisi colla iubȩ flauentia velent. 13.Metha.
Pluma tegit volucres / ouibꝰ sua lana decori est /
Barba viros hirtȩqꝫ decent in corpore setæ.

DIRE IMPRECATIONES.

Pax erit hec nobis / donec mihi vita manebit: In Ibin.
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.

Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus & aura suos.
Nec tibi sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe,
Destituant oculos sydera clara tuos.
Nec se Vulcanus, nec se tibi prębeat aer
Nec tibi det tellus nec tibi pontus iter.
t. Amo. Dij tibi dent nullosq; lares, inopemq; senectam
Et longas hyemes perpetuamq; sitim.
In. Ibin. Exul, inops erres, alienaq; limina lustres,
Exiguumq; petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo nec mens vacet ęgra dolore,
Noxq; die grauior sit tibi, nocte dies.
Sisq; miser semper, nec sis miserabilis vlli
Gaudeat aduersis fœmina virq; tuis,
Accedat lachrymis odium, dignusq; puteris
Qui mala cum tuleris plurima plura feras.
Sitq;, quod astrarum, solito defecta fauore:
Fortunę facies inuidiosa tuæ
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem
Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus
Deserat, & longa torqueat ante mora.
Carnificisq; manu populo plaudente traheris:
Infixusq; tuis ossibus vncus erit,
Erc Perilleo veros imitere iuuencos,

Ad formam tauri conueniente sono.
Vtq; Milo / robur diducere fissile tentes
Nec possis captas inde referre manus:
In loca ab Elisijs diuersa fugabere campis:
Quasq; tenet sedes noxia turba coles.
Quisq; gerunt humeris perituras Belides vndas
Exulis Aegipti turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopis prȩsentia querit / & idem
Semper eget: liquidis semper abundat aquis/
Iugeribusq; nouem qui summus distat ab imo /
Visceraq; assidue debita prebet aui.
Hic tibi de furijs scindet latus vna flgello:
Vt sceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis sectos dabit anguibus artus
Tertia fumantes incoquet igne genas /
Noxia mille modis lacerabitur vmbra: tuasq;
Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

SVMMA LAVS & summa accusatio.

Candidior folio niuei Galathea ligustri / 13. Metha:
Floridior prato / longa procerior alno
Splendidior vitro / tenero lasciuior hedo /
Leuior assiduo detritis ȩquore conchis /
Solibus hybernis ȩstiua gratior vmbra /
Nobilior pomis / platano conspectior alta:
Lucidior glacie: matura dulcior vua:

Mollior & cigni plumis & lacte coacto:
Et si non fugias riguo formosior horto
Sæuior indomitis eadem Galathęa iuuencis
Durior annosa quercu, fallatior vndis,
Lentior & salicis virgis, & vitibus albis,
His immobilior scopulis: violentior amne,
Laudato pauone superbior acrior igni
Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa
Surdior ęquoribus, calcata immitior hydra:
Et (quod precipue si possem demere vellem)
Non tantum ceruo claris latratibus acto,
Verumetiam ventis volucriq; fugatior aura.

DE FORTVNA.

5. Tristi. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo læta manet, vult⁹ modo sumit acerbos,
Et tantum constans in leuitate sua est.
4. de Pon. Hæc dea non stabili q̃ sit leuis orbe fatetur,
Quod summũ dubio sub pede semper habet.
5. Tristi. Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;:
Irus & est subito qui modo Cręsus erat.
4. de Ponto Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu que valuere ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi,
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.

Ille Syracusia modo formidatus in vrbe /
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ille rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis /
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurtino clarus Cymbroq; triumpho /
Quo victrix toties consule Roma fuit.
In cœno Marius iacuit cannaq; palustri
Pertulit / & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus /
Et certam presens vix habet hora fidem.
Tu quoq; fac timeas / & quæ tibi leta videntur /
Dum loqueris fieri tristia posse puta.
MVLTA preter opinionem nobis eueniunt. 1. Tristi.
In caput alta suum labentur ab equore retro
Flumina / conuersis solq; recurret equis.
Terra feret stellas cœlum scindetur aratro
Vnda dabit flammas / & dabit ignis aquas.
Omnia nature preposterra legibus ibunt /
Parsq; suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient / fieri que posse negabam /
Et nihil est de quo non sit habenda fides.
Hec ego vaticinor / quia sum deceptus ab illo /
Laturum misero quem mihi rebar opem.

NEMO SINE dolore & molestia

2. Reme. Qui puteal Ianumque timet celeresque kalendas/
Torqueat hunc æris mutua summa sui.
Cui durus pater est (vt voto cętera cedant)
Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic male dotata pauper cum coniuge viuit.
Vxorem fato credat obesse suo.
Nec iuga taurus amat / que tamen odit habet.
Est tibi rure bono generosę fertilis vuæ
Vinea / ne nascens vsta sit vua time.
Ille habet in reditu nauem / mare semper iniquum
Cogitet / & damno littora sæua suo.
Filius hunc miles / hunc filia nubilis angat/
Et quis non causas mille doloris habet?

CVRE EDACES & caniferæ.

1. de Ponto. Estur vt occulta viciata putredine nauis/
Aequoreos scopulos vt cauat vnda salis:
Roditur vt scabra positum rubigine ferrum:
Conditus vt tineę carpitur ore liber.
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus
Fine quibus nullo conficiantur habent.
Iam mihi deterior canis aspergitur ętas/
Iamque meos vultus ruga senilis arat.
Iam figor / & quasso languent in corpore vires/
Nec iuueni lusus qui placuere iuuant.

Nec me: si subito videas / cognoscere possis /
Aetatis facta est tanta ruina meę.
Confiteor facere hoc annos / sed & altera causa est
Anxietas animi / continuusq; labor.

MISERVM LETA MANENT.

Sed solet interdum fieri placabile numen / 2. Tristi.
Nube solet pulsa candidus ire dies.
Nil adeo fortuna grauis miserabile fecit / 4. de Ponto
Vt muniant nulla gaudia parte malum.
Nulla dies adeo est australibus humida nimbis /
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est / vt non sit in illo
Mixta fere duris vtilis herba rubis.
Crede mihi / miseris cœlestia numina parcunt: 3. de Ponto.
Nec semper lęsos & sine fine premunt.
Desine luctari / referant tua carbasa venti / 2. Reme.
Quaq; vocant fluctus hac tibi nauis eat.
Flebile principium melior fortuna sequuta est. 7. Metha.

SEPE INSPERATA casu eueniunt.

Casus vbiq; valet / semper tibi pedeat hamus / 3. Artis.
Quo minime credis gurgite piscis erit.
Sępe canes frustra nemorosis montibus errant:
Inq; plagas nullo ceruus agente venit.

DE CONSOLATIONE.

Neq; enim fortuna querenda 15. Metha.

Sola tua est: similes aliorum respice casus /
Mitius ista feres / vtinam exempla dolentem
Non mea te possent releuare / sed & mea possunt.
5. Tristi. Detineo studijs animum / falloqꝫ dolores:
Experior curis & dare verba meis.

STVDIO CVM ERVMNIS non conuenit.

5. Tristi. Scribis vt oblectem studio lachrymabile tempus;
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Difficile est quod amice mones / quia carmina lętū
Sunt opus / & pacem mentis habere volunt.
Carmina proueniunt animo deducta sereno.
1. Tristi. Carmina secessum scribentis & ocia quęrunt.
3. Tristi. Nostra per aduersas agitur fortuna procellas /
Sorte nec vlla mea tristior esse potest
Exigis vt Priamus natorum funere plaudat /
Et Niobe festos ducat vt orba choros.

STVDIVM MEDICINA MALORVM.

Quot frutices syluę / quot flauas Tybris harenas,
5. Tristi. Mollia quot Martis gramina campus habet /
Littora quot conchas: quot amena rosaria flores /
Quotue soporiferum grana papauer habet /
Tot mala pertulimus / quorum medicina quiesꝫ
Nulla nisi in studio est / Pieridumqꝫ mora.
3. Tristi. Carnifici fortuna potest mea flenda videri.

Sylua feras quot alit / quot piscibus vnda natatur / 5. Tristi.
Et tenerum pennis aera pulsat auis,
Tot premor aduersis, quę si comprendere conet
Icarie numerum dicere cogar aquę
En ego cum patria caream vobisq; domoq; 3. Tristi.
Raptaq; sint adimi quę potuere mihi,
Ingenio tamen ipse meo comitorq; fruorq;
Cęsar in hoc potuit iuris habere nihil.

PATRIA CHARA EST.

Omne solum forti patria est, vt piscibus ęquor,
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet. 1. fasto.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos 1. de Ponto
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Cum bene sint clausę cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quęq; redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones,
Nec feritas illos impedit, antra petunt.

DE SPE.

Promittas facito, quid enim promittere lędit. 1. Artis.
Pollicitis diues quilibet esse potest.
Spes tenet, in tempus semel est si credita longum,
Illa quidem fallax sed tamen apta dea est.
Et quod non dederis semper videare daturus.
Sic dominum sterilis sępe fefellit ager.
Sic ne perdiderit non cessat perdere lusor,

Et reuocat cupidas alea blanda manus.
16. Episto. Fallitur augurio spes bona sepe suo.
1. de Ponto Saucius euitat pugnam gladiator & idem:
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Hec dea / cum fugerent sceleratas numina terras /
In dijs inuisa / sola remansit humo:
Hęc facit vt videat quom terras vndiqꝫ nullas/
Naufragus in medijs brachia iactet aquis/
Hæc facit vt viuat fossor quoqꝫ compede vinctus:
Liberaqꝫ a ferro crura futura putet.
Sępe aliquem sollers medicorum cura reliquit:
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem/
Atqꝫ aliquis pendens in cruce vota facit:
Hæc dea qua multos laqueo sua colla ligantes /
Non est proposita passa perire nece.
Quamuis est igitur meritis indebita nostris/
Magna tamen spes est in bonitate dei.

METVS QVID POSSIT.

2. de Ponto. Da veniam quęso nimioqꝫ ignosce timori/
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Sepe canem visum longe fuit agna / lupumqꝫ
Credit: & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoqꝫ saucia tactū/
Vanaqꝫ sollicitis incitat vmbra metum.

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales /
Audet ad humanos feſſa venire ſinus.

LESVS TIMET SIBI.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo / 1. de Ponto.
Omnibus vnca cibis ęra ſubeſſe putat.
Terretur minimo pennę ſtridore columba / 1. Triſti.
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.
Non procul a ſtabulis audet diſcedere: ſi qua /
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phęton ſi viueret / & quos
Optauit ſtulte tangere nollet equus.

DE VI TEMPORIS.

Tempore ruricolę patiens fit taurus aratri / 4. Triſti.
Prebet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equos lentis animoſis habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore ſęuorum compeſcitur ira leonum:
Nec feritas animo: que fuit ante manet.
Quęꝗ ſui iuſſis obtemperat Inda magiſtri
Belua / ſeruitium tempore victa ſubit.
Tempus vt extenſis tumeat facit vua racemis
Vtꝗ merum capiant grana quod intus habēt.
Tempus & in cauas ſenem producit ariſtas /
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram minuentis aratri /

Hoc rigidos ſilices hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſęuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mœſtaq; corda leuat.
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas.
ii. Artis. Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci,
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur anulus vſu,
Interit aſſidua vomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro,
Frenaq; magnanimi dente teruntur equi.
ii. Reme. Nam mora dat vires, teneras mora pcoquit vuas,
Et validas ſegetes quod fuit herba facit.
Gratiaq; officio quod mora tardat abeſt.

OMNIA TEMPVS ABOLET.

xv. Metha. Clara fuit Sparte, magne viguere Mycenę,
Nec non & Cecropis nec non Amphionis arces,
Vile ſolum Sparte eſt, altę cecidere Mycenę.
Oedipodionię quid ſunt niſi nomina Thebę,
Quid Pandionię reſtant niſi nomine Athenæ,
Cuncta fluunt omniſq; vagans formatur imago,
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu.
Non ſecus ac flumen, neq; eñ conſiſtere flumen
Nec leuis hora poteſt, ſed vt vnda impellit vnda.

Vrgeturq; eadem veniens: vrgetq; priorem.
Tempora sic fugiunt / pariter pariterq; sequuntur
Et noua sunt semper / nã quod fuit ante relictũ est.
Fitq; quod haud fuerat / mométaq; cuncta nouant
Cernis & emensas in lucem tendere noctes /
Et iubar hoc nitidum nigre succedere nocti /
Nec color est idem cœli cum lassa quiete.
Cuncta iacent media / cumq; albo lucifer exit.
Clarus equo / rursusq; alius cum prǽuia lucis:
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem /
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim / sic ad ferrum venistis ab auro
Sæcula / sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego / quod fuerat quõdam solidissima tellus:
Esse fretum / vidi factas ex ǽquore terras /
Et procul a pelago conchę iacuere marinæ,
Desinet ante dies & in alto Phœbus anhelos
Aequore tinget equos q̃ consequar omnia dictis
In species translata nouas / sic omnia verti
Cernimus: atq; alias assumere robora gentes /
Concidere has / sic magna fuit censuq; virisq;
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas:
Et pro diuitijs tumulos ostendit auorum.

TEMPVS EST OBSERVANDVM.

1. Artis. Non ſemper credenda Ceres fallacibus agris,
Nec ſemper dubie concaua puppis aquæ.
3. de Pon. Non ſemper ſacras reddunt oracula ſortes/
Ipſaqꝫ non omni tempore fana patent.
1. Reme. Temporibꝰ medicina valet: data tempore proſunt:
Et data non apto tempore vina nocent.
Quinetiam accendas vitia/irriteſqꝫ vetando:
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.
Aut noua ſi poſſis ſedare incendia tentes/
Aut vbi per vires procubuere ſuas.
Quis matrem niſi mentis inops in funere nati
Flere vetat? non hoc illa monenda loco eſt.
Cum dederit lachrymas animūqꝫ expleuerit ęgrū
Ille dolor verbis emoderandus erit.

MALIS TEMPESTIVITER OCCVRRENDVM.

1. Reme. Principijs obſta: ſero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.
Opprime dū noua ſunt ſubita mala ſemina morbi/
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Sed propera nec te venturas differ in horas/
Qui non eſt hodie/cras minus aptus erit.
Optima vindictæ proxima quęqꝫ dies.
Vidi ego quod primum fuerat ſanabile vulnus:
Dilatum longę damna tuliſſe moræ.

Interea tacitę serpunt in viscera flammę:
Et mala radices altius arbor agit.
Cum mora non tuta est: totis incumbere remis 2. Artis.
Vtile: & admisso subdere calcar equo.
Non auis vtiliter viscatis effugit alis / 1. Artis.
Non bene delapsus cassibus exit aper.
PRINCIPIVM DEBILIVS EST.
Quem taurum metuis vitulum mulcere dolebas; 2. Artis.
Sub qua nunc recubas arbore virga fuit.
Nascitur exiguus sed opes acquirit eundo,
Quaqꝫ venit multas accipit amnis aquas.
Quę prebet latas arbor spaciantibus vmbras, 1. Reme.
Quo posito est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure refelli:
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
PRINCIPIVM DIFFICILE.
Sed tamen est artis tristissima ianua nostræ, 1. Reme.
Et labor est vnus tempora prima pati.
Aspicis vt prensos vrant iuga prima iuuencos:
Vt noua velocem cingula lędat equum.
LOCI OPPORTVNITAS spectanda.
Scit bene venator ceruis vbi retia tendat, 1. Artis.
Scit bene qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices; qui sustinet hamos
Nouit quę multo piscenatentur aquę.
G

VARIA VARIIS ACCOMMODA

1. Artis. Non tellus eadem parit omnia / vitibus illa
Conuenit / hęc oleis / hic bene farra virent;
Hic iaculo pisces / illic capiuntur ab hamis
Hos caua contento retia fune trahunt.
Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figurę:
Qui sapit / innumeris motibus aptus erit.
Vtq; leuis Protheus modo se tenuabat in vndas /
Nunc leo / nunc arbor / nunc erat hircus: aper /

VARII MORBI VARIA PETVNT REMEDIA.

1. Reme. Et quoniam variant animi / variabimus artes,
Mille mali species / mille salutis erunt.
Corpora vix ferro quędam sanantur acuto:
Auxilium multis succus & herba fuit.

IDEM ET OBESSE & prodesse potest.

1. Reme. d Ad mea ecepti iuuenes pręcepta venite'
Vna manus vobis vulnus opemq; feret.
Vulnus Achillęo que quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
Nil prodest quod non lędere possit idem;
2. Tristi. Igne quid vtilius? si quis tamen vrere tecta
Apparat, audaces instruit igne manus,
Eripit interdum modo dat medicina salutem,
Queq; iuuet monstrat queq; sit herba nocens;

Et latro & cautus precingitur ense viator
Ille sed insidias / hic sibi portat opem.
Discitur innocuas vt agat facundia causas/
Protegit hec sontes immeritosq; premit.
Sic igitur carmen recta si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Omnia peruersas possunt corrumpere mentes/
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.

DE IMMEDICABILIBVS.

Non est in medico semper releuetur vt eger / 1. de Ponto.
Interdum docta plus valet arte malum.
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbus /
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram /
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte/
Aut si sit/ longa est attenuanda mora/
Curando quedam fieri maiora videmus 3. de Ponto.
Vulnera: que melius non tetigisse fuit.

AMOR IMMEDICABILIS

Verba Appollinis:

Inuentum medicina meum est/ opifexq; per orbē 1. Metha.
Dicor / & herbarum / subiecta potentia nobis.
Hei mihi q̄ nullis amor est medicabilis herbis.
Nec domino prosunt que prosunt omnibus artes.

DE ORIGINE RERVM:

1. Artis. Prima fuit rerum confusa sine ordine moles,
Vnaq; erat facies sydera / terra / fretum.
Mox cœlū impositū est terris: hum⁹ ęquore cincta
Inq; suas partes cessit inane cahos.
1. Metha. (Quippe vbi tēperiē sumpsere humorq; calorq; /
Concipiunt / & ab ijs oriuntur cuncta duobus.
Cum sit ignis aquę pugnax: vapor humidus oīes
Res creat / & discors concordia fœtibus apta est)
1. Artis. Sylua feras / aer volucres accepit habendas /
In liquida pisces delituistis aqua.
Sanctius his animal mentisq; capacius altę
1. Metha. Deerat adhuc: & quod dominari in cętera posset
Natus homo est / nanq; hunc diuino semine fecit /
Ille opifex rerum mundi melioris origo /
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum /
Pronaq; cum spectent animantia cętera terram /
Os homini sublime dedit: cœlosq; tueri
Iussit / & erectos ad sydera tollere vultus.
2. Artis. Tum genus humanum solis errabat in agris:
Idq; merę vires & rude corpus erat.
Sylua domus fuerat / cibus herba / cubilia frondes /
Iamq; diu nulli agnitus alter erat.

TEMPORIS CVRRICVLA numerat.

15. Metha. Quid? non in species secedere quattuor annum

Aspicis ętatis peragentem imitamina nostrę/
Nam tener & lactens puerique simillimus ęuo
Vere nouo est: tunc herba virens & roboris expers
Turget / & insolida est & spe delectat agrestes /
Omnia tum florent: fiorumque coloribus almus
Ludit ager: neque adhuc virtus in frondibus vlla est.
Transit in estatem post ver robustior annus
Fitque valens iuuenis / neque enim robustior ętas
Vlla / nec vberior / nec quæ magis ardeat vlla est:
Excipit autumnus posito feruore iuuentus
Maturus mitisque inter iuuenemque senemque
Temperie medius / sparsus quoque tempora canis.
Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu/
Aut spoliata suos / aut quos habet alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper requieque sine vlla
Corpora vertuntur / nec quod fuimusque sumusue
Cras erimus / fuit illa dies qua semina tantum
Spesque hominum primo matrisque habitauimus aluo:
Artifices natura manus admonuit / & angi
Corpora visceribus distente condita matris
Noluit, eque domo vacuas emisit in auras.
Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
Mox quadrupes ritique tulit sua membra ferarum:
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Constitit: adiutisque aliquo conamine neruis.

Inde valens veloxq; furit / spaciumq; iuuentę
Transit / & emeritis medij quoq; temporis annis
Labitur occiduę pariter decliuę senectę.
Subruit hec eui demoliturq; prioris /
Robora / fletq; Milon senior cum spectat inanes
Illos qui fuerant solidarum morte ferarum /
Herculeis similes fluidos pendere lacertos.
Flet quoq; vt in speculo rugas conspexit aniles
Tyndaris / & secum cur sit bis rapta requirit
Tempus edax rerum tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis / viciataq; dentibus ęui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

DE VERE.

i. Fasto. Omnia tunc florent / tunc formosissimus annus /
Et noua de grauido palmite gemma tumet:
Et modo formatis operitur frondibus arbor /
Prodit & in summum seminis herba solum:
Et tepidum volucres concentibus aera mulcent /
Ludit in & pratis luxuriatq; pecus.
Tunc blandi soles ignotaq; prodit hirundo:
Et luteum celsa sub trabe figit opus.

AVTVMNVS MORBORVM PARENS.

a. Artis. Sępe sub autumno cum formosissimus annis /
Plenaq; purpureo subruet vua mero /

Quũ mõ frigorib⁹ premimur mõ soluimur æstu:
Aere non certo corpora langor habet.

DE VI BOREE IN REGIONIBVS SEPTENTRIONALIBVS.

Tantaqȝ commoti vis est Aquilonis / vt altas 3. Tristi.
Equet humo terras / tectaqȝ rapta ferat /
Pellibus hirsutis arcet / mala frigora vulgus
Oraqȝ de toto corpore sola patent.
Sæpe sonant moti glacie pendente capilli /
Et nitet inducto candida barba gelu.
Nudaqȝ consistunt formam seruantia testæ.
Vina / nec hausta meri sed data frusta bibunt.

PYTHAGORICA PARSIMONIA.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis 15. Metha.
Corpora / sunt fruges / sunt deducentia ramos
Pondere poma suo / tumidęqȝ in vitibus vuę:
Sunt herbę dulces / sunt quæ mitescere flammis
Molliriqȝ queant: nec vobis lacteus humor
Eripitur nec mella thymi redolentia florem /
Prodiga diuitias alimentaqȝ mitia tellus
Suggerit / atqȝ ępulas sine cede & sanguine prebet.
Heu quantum scelus est / in viscere viscera condi
Congestoqȝ auidum pinguescere corpore corpus:
Alteriusqȝ animantem animantis viuere lęto
Scilicet in tantis opibus / quas optima matrum

Terra creat, nil te nisi tristia mandere seuo
Vulnera dente iuuat ritusq; referre Cyclopum
Longius inde nephas abiit, & prima putatur
Hostia sus meruisse mori q; semina pando.
Eruerit rostro spemq; interceperit anni,
Vitæ caper morsa Bachi mactatus ad aras
Dicitur vltoris, nocuit sua culpa duobus.
Quid meruistis oues? placidū pecus inq; tuendos
Natum homines, pleno quæ fertis in vbere nectar.
Mollia que nobis vestras velamina lanas
Prebetis, vitaq; magis q̄ morte iuuatis.
Quid meruere boues, animal sine fraude doloq;
Innocuum, simplex, natum tolerare labores,

QVATTVOR ELEMENTA

15. Metha. Quattuor ęternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere, in inferius tellus atq; vnda feruntur.
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, aer atq; aere purior ignis.

QVOMODO FOELICES EVADAMVS.

1. Fasto. Fœlices animę quibus hęc cognoscere primum:
Inq; domos superum scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter vicijsq; iocisq;,
Altius humanis exeruisse caput.

Non Venus & vinum sublimia pectora fregit:
Officiumq; fori militieq; labor.
Non leuis ambitio perfusaq; gloria fuco /
Magnarumue fames sollicitauit opum.
Admouere oculis distantia sydera nostris /
Aeteraq; ingenio supposuere suo.
Sic petitur coelum non vt ferat ossan Olympus:
Summaq; Peliacus sydera tangat apex.

QTI SIMT FOELICES.

Foelices illi qui non simulachra. sed ipsos — 2. de Ponto.
Quiq; deum coram corpora vera vident.

INFERORVM DESCRIPTIO.

Est via decliuis / funesta: nubila taxo / — 4. Metha.
Ducit ad infernas: per multa silentia sedes,
Styx nebulas exhalat iners / vmbreq; recentes
Descendunt illac / simulachraq; functa sepulchris.
Pallor hyemsq; tenent late loca senta / nouiq;
Qua sit iter: manes stygiam quod ducat ad vrbē,
Ignorant vbi sit nigri fera regia ditis.
Vrbs habet / vtq; fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas lacus accipit ille / nec vlli
Exiguus populo est / turbamue accedere sentit /
Errāt exangues sine corpore / & ossibus vmbre:
Parsq; forum celebrant / pars imi tecta tyanni /

Pars aliquas artes antiquę imitamina vitę
Exercent/ aliam partem sua pœna coercet/
Viscera prebebat Tityus lanianda/ nouemq;
Iugeribus distractus erat/ tibi Tantalè nullę
Deprendunt aquę/ queq; imminet effugit arbor/
Aut petis aut vrges ruiturum Sisyphe saxum/
Voluitur Ixion/ & se sequiturq; fugitq;:
Moliriq; suis lœtum patruelibus ausę
Assidue repetunt quas perdunt Belides vndas.

DE MORTE.

3. Amoris. Scilicet om̄e sacrum mors importuna prophanat/
Omnibus obscuras inijcit illa manus.
Fata monent omnes/ omnis expectat auarus
In ɔsolatiõe. ad Liuiam. Portitor/ & turbę vix satis vna ratis.
Tendimus huc omnes/ metā properamus ad vnā/
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
3. Amoris. Aspice Meonidena quo ceu fonte perenni/
Vatum Pierijs ora rigantur aquis.
Hunc quoq; summa dies nigro submersit auerno/
Effugiunt auidos carmina sola rogos.

ORATIO AD DEIPARAM VIRGINEM MARIAM.

Salue virginei flos intemerate pudoris:
14. Metha. O virgo miserere mei/ miserere meorum.
13. Episto. Effice me meritis tempus in omne tuum.

CONCLVSIO.

Hoc opus exegi, fessæ date serta carinę: .2 Reme.
Contigimus portum, quo mihi cursus erat.
Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira, nec ignis, 15. Metha.
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas,
Cum volet illa dies, quę nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spacium mihi finiat ęui
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit in delebile nostrum,
Quaq; patet domitis romana potentia terris:
Ore legar populi: perq; omnia sæcula fama
(Si quid habent veri vatum presagia) viuam.

Finis adest operis: palmam date grata iuuentus 2. Artis.
Sertaq; adornatę myrtea ferte comę.

Lipsiæ ex Officina Iacobi Thanner Anno
Salutis humane. M.D.xix.



[illegible] u. der [illegible]







